Vix aliquando manum ultimam negotiis publicis applicavimus, et vix certe, cum ecce ~~[illegible]~~ mox ex literis tuis intellexi convolem vir clarissime, quasi postliminio mihi redditus sum, tibi et ut restituar operae pretium est. Sane is ego sum, qui nihil illibentius commissum velim, quam ut mea culpa intercidat feliciter inchoatae necessitudinis commercium, et suavis illa (ad me quod attinet) commendatio ~~literar~~ ultro citroque literarum reciprocatio. Itaque et ubi argumentum deficit, ~~aut~~ nunquam ~~adeo [illegible]~~ [illegible] Apollo at tibi literis deficiat meis. Quanti hactenus amicitiam tuam fecerim, quandoquidem obsequiis non possum, abunde saltem importunitate ~~vel impudentia~~ ~~et ad genus molestiis~~ testatus sum. Videris quo nunc miseriae reciderim. Illam ipsam amicitiam quam minime mentior summo in pretio ante hac fuisse mihi, ipsi exhibi docuerunt in deliciis habendam. Adeo statim nescio quid pigrior ~~[illegible]~~ accedit ~~accedunt~~, quos Venatio domi innotuisse rumor est. Nihil quod ad adulandum factus sum vir amicissime, effabor tamen, non semel valuisse mihi ad ingressum privatus clarorum virorum contubernium amicitiam, cuius ~~[illegible]~~ quam me hactenus dignaris quantumlibet modesta gloriatio. Is potissimum in locis unde nuper cum bono Deo, decessimus, quanti undique et apud omnes et summos sis, neque te ignarum existimo, neque me dicentem fidas. Ut ambigas tamen, et elegantissimus Torrius, M.D. et doctissimus Radus et instar omnium Murraeus fidem faciunt singuli. Horum ego per insignium virorum familiaritatem quod ~~[illegible]~~ large (quatenus ~~[illegible]~~ per occupationes publicas licuit) occupaverim ac possederim, tibi mehercule, iniquus sim, nisi acceptum feram. Sed de his coram aliquando latius. Ad epistolam quod spectat, nolo [illegible] dubitas latere te quantam voluptatem ex ultima Menippea tua ceperim, tacite mecum gavisus tam satyra dignos ~~[illegible]~~ ineptias tam vindices

[illegible]